



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XI. De temporibus ordinationorum & qualitate ordinandorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

concess. praben. d. c. 2. vers. si autem & c. c. cum simus. 3. & per Papam negligentia archiepiscopi. cap. 3. & per delegatum negligentia ordinarii. Inf. de offic. jud. delegat. c. prudentiam. 21. §. pen. vers. qui si malit & §. ult. in fin. Interdum per inferiorum negligentia episcopi suppletur per capitulum. Sup. de elect. d. c. 7. §. ult. & inf. de elec. prab. d. c. 2. & Inf. lib. 6. c. 3. & d. c. 5. volumus 2. Interdum ipso jure. c. 1. §. 1. si aut suppletur eo facto quod negligens fuit, ut in dictis juribus; aut dato vicario qui id faciat. Inf. lib. 6. cap. ultim.

XI. De temporibus ordinationum, & quibus ordinandorum.

**Q**uinta limitatio est; quia praelatus, antequam per consecrationem ordinandus, ea, quæ ordinis sunt, ut clericorum, ecclesiarum, & altarium consecrationes, & numerum benedictiones, peragere non potest. <sup>2</sup> Sup. de elect. c. quod sicut. 28. super 1. Ordinatio est personæ ecclesiasticæ consecratio, per quam gratia & potestas obeundorum ecclesiasticorum munerum confertur. <sup>3</sup> In hoc jure tractatus de ordinatione tres sunt partium prima generalis, reliquæ duæ speciales. prima altera est de praelatis, altera de quibusdam personis, de quibus merito dubitatur. <sup>4</sup> test, an sint ordinandi. §. In generali imp.

collatione quatuor quæstiones dissolvuntur. Pri-  
 ma quæstio est, quo tempore aliquis ordina-  
 ri possit. Pro cuius quæstionis solutione di-  
 stinguendum est inter majores, & minores  
 ordines. In majoribus ordinibus sunt epi-  
 scopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi: ex  
 quibus duo posteriores, non sunt proprie  
 sacerdotes, sed tantum in sacris; duo priores  
 sunt proprie sacerdotes, quia sacramentum  
 corporis & sanguinis dominici conficere pos-  
 sunt. In minoribus ordinibus sunt acolu-  
 ti, exorcistæ, lectores, ostiarii, & psalmi-  
 stæ: de quibus omnibus vide *distinct. 2. c. cle-*  
*ros. §.* Hac distinctione posita, notandæ  
 sunt sequentes regulæ. I. Minores ordines  
 conferri possunt diebus dominicis, & aliis  
 diebus festis, *c. 3.* II. Sacri ordines confe-  
 runtur in quatuor temporibus, vel sabbatho  
 ante dominicam de passione, diebus autem  
 dominicis, & aliis diebus festis, & sabbatho  
 Pentecostes ab alio quam a Romano Pontifi-  
 ce non debent conferri, *c. 1. 2. & 3.* III. Si  
 ordinatio extra statuta tempora fiat, ordina-  
 tus characterem recipit, sed ab executione  
 officii suspenditur, donec cum eo dispense-  
 tur: ordinator quoque ecclesiastica disci-  
 plina coercetur, *c. cum quidam. 8. Et c. pen.*  
 IV. Non possunt duo ordines eidem confer-  
 ri uno die, vel duobus diebus continuato je-  
 jonio, & si id fiat, ordinans collatione illo-

rum ordinum, & ordinatus ab executione officii suspenditur, donec cum eo dilige-  
 tur. *c. literas. 13. c. dilectus 15. §. Secun-*  
 quæstio est, qualis debeat esse, qui ordinatur.  
 Debet esse irreprehensibilis, unius uxoris  
 sobrius, ornatus, prudens, pudicus, ho-  
 talis, doctor, non vinolentus, non per-  
 for, sed modestus, non litigiosus, non co-  
 dus, sed suæ domui bene præpositus, non  
 neophytus. Hæc ab Apostolo requiruntur  
 in episcopo ordinando. *i. ad Timoth. 3. c.*  
 sed ad alios clericos producantur. *d. 34. c.*  
*gnoscamus. 15. & d. 81. c. Apostolus.* Non  
 phytus autem dicitur, qui propositum sacra-  
 religionis noviter assumpsit. *dist. 48. c. 2. §. 1.*  
*phyti. & c. seq.*

XII. De scrutinio in ordine faciend.

**T**ertia quæstio est, quid observandum  
 ut cognoscatur, an is, qui ordinari  
 bet, talis sit, qualem esse oportet. Ad  
 bendum est scrutinium, id est, ille, ad qui  
 spectat (ut episcopus, aut legatus sedis ap-  
 stolicæ) debet inquirere, an is, de cuius  
 ctione agitur, sit idoneus: si vero alius,  
 quem non spectat, scrutinium faciat, irritu-  
 2 est & inane. *Inf. de offic. legat. cap. 5. §. 1.*  
 ma in scrutinio faciend. observanda traduntur  
 in *c. quando. dist. 24.*

XIII. De ordinatis ab episcopo qui renuncia-  
 rit episcopatu.